Viximus dico, hoc nomen tetragrammaton *Yehova* significare essentiam Dei, ipsamque essentia: divine abyssum, et pelagus immensus. Hoc enim significat nomen, qui est, ut dixi c. 5, quid idem est cum nomine tetragrammaton. *Yehova* ergo, ait Masius, idem est quod, qui ab eterno existit, ipseque aliæ essentia est, et à quo pendet rerum omnium essentia. Sic Aristoteles lib. II de Coelo, Deum vocali αιωνια, quasi οι θεοι, id est, semper entem et existentem, quia Deus est pelagus essentia, et principium omnis essentie, quod omnibus dat esse. Et Trismegistus: *Deus, inquit, unus nomen non egit. Est enim οι θεοι οι περισσοτεροι*, id est, *ens sine nomine*.

Notat Vilalpando in c. 28 Ezechiel. nomen, *Yehova* vel *Yehova* significare essentiam Dei in se, sive ad intra, sicut *Adonai* significat camere ratione operum ad extra. Hac de causa utrumque hoc nomen conjungere solent prophetæ, dicentes: *Illa dicit Dominus Deus; hebraicè, Adonai Yehova Yehova*, id est, Deus, scilicet Dei in so majestas; *Adonai*, id est, Dominus ac sustentator omnium que creat.

Rogabis an nomen tetragrammaton significet essentiam Dei sicut est in se? Scotus et Gabriel in primum Sent. dist. 22, censem, quod homines, presertim docti et acuti, possint cognoscere Deum in se sicut est, ac consequenter possint eidem imponere nomen significans eum sicut est, ac tale esse nomen tetragrammaton, quod proinde proprium, essentialia et ad aquatum si Deo. Verum melius D. Thomas p. q. 4, 15, censem homini in hac vita esse impossibile, Deum in se cognoscere et nominare. Ratio est, primo, quia in hac vita nemo potest Deum cognoscere intuitivè; ergo nemo potest eum cognoscere in se sicut est, plene et perfectè. Secundo, etiamsi quis cognosceret Deum in se sicut est, hoc ipsum tantum cognosceret in ipso Deo, videndo et intuendo eum; nomen autem quod eidem indaret esset extra Deum Deique essentiam, qui nullo modo clariorem rei significaret, puta essentie meae et

potest, sicut est in se. Verum tamen est, quod inter omnia nomina Dei quæ habemus, nullum tam proprium, tamquæ substantiale est inquit *En*, sive *Yehova*, id est, qui est, uti docet Damascenus l. de Fide, cap. 42, et D. Thomas p. q. 4, 15, ac S. Dionysius lib. de Divin. nom. c. 4.

Queritur quartò, quis sit sensus hujus loci: *Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaae et Jacob in Deo omnipotente, et nomen meum Adonai non indicavi eis?* Primo, Beda legit interrogativè, non indicavi eis? q. d.: Omnipotens indicavi eis hoc meum nomen; sed hoc dissentit à communī lectione omnium codicū hebreorum grecorum et latinarum, qui carent nisi interrogatio, et assertivè hec legunt, quod scilicet asserat Deus, se non indicasse eis hoc suum nomen. Secundo, alii sic explicant: *Non indicavi eis nomen meum Adonai*, id est, Dominus, q. d.: Non ostendi eis plenum et altissimum meum in res omnes dominum, quo possum res omnes ad libitum vertere et convertere per miracula et prodigia, in res alias quamcumque volero; hoc autem jam per te, o Moses, ostendam in plagiis quas inferam Ægypto. Verum hi errant, primo in nomine *Adonai*, id est, Dominus; hebraicè enim non est *Adonai*, sed nomen tetragrammaton *Yehova*. Secundo, quia hoc suum dominum Deus ante Mosen patribus sat ostendit in diluvio, in eversione Sodome, in dispersione Babel.

Tertiò, R. Salomon, Yatalius et Lipomanus hunc dant sensum: Patribus non indicavi nomen meum tetragrammaton, *Yehova*, id est, sum qui sum, puta sum constans et verax in promissis; quia patribus non exhibui mea promissa de Chanaan eis tradenda, sed ea jam tibi, o Moses, tuisque prestabo; unde tibi ostendam re ipsa me esse *Yehova*, id est, me esse fidem in promissis. Verum nomen tetragrammaton non significat fidelitatem, sed ipsum esse Dei. Quartò, Rupert, et Burgensis sic explicant: *Non indicavi patribus nomen meum Adonai*, quanta scilicet illud sit potentia et virtus, quam terrible, quam gloriosum, quam miraculosum, et plagorum sit operativum, uti jam indicabo et ostendam per te, o Moses, multiplicando prodigia et plagas. Quintò, Olearius: Nomen tetragrammaton, inquit, *Yehova*, idem est quod contritor, q. d.: Patribus non ostendi me esse *Yehova*, id est, contritorem Pharaonis et Ægyptiorum: hoc autem tam tibi, o Moses, ostendam. Sextò, Lyranus, secutus S. Augustini, censem Mosen in rapta Exodi 55, vidisse Dei essentiam, tuncque revelationum et declaratum ei esse nomen tetragrammaton; hoc enim significat Dei essentiam; sed verius est, Mosen non vidisse Dei essentiam, ut dicam c. 55. Addo, illa visio posterior fuit revelationis nominis tetragrammati; hoc enim hic et c. 5 revelationis fuit Mosi; Moses autem, si vidit Dei essentiam, non vidit eam nisi c. 55.

Dico ergo: Planus et genuinus hujus loci sensus est he: Ego Deus cognitus et cultus fui à patribus, tanquam *El saddai*, id est, Deus fortis et liberalis; nomen verò proprium meum *Yehova* non indicavi eis, sed ilud primum tibi, o Moses, revelo, simulque cum nomine clariorum rei significante, puta essentie meae et

divinitatis, tibi cognitionem communio; idque facio he fine, ut te et populum à Pharaone afflictum, in spem erigam auxili mei janjam astutur; utpote qui jam me tibi et Hebreis tam familiarem, et ex nomine proprio compellandum noscendum exhibeámus, ut sciatis vos mihi jam magis curae et cordi esse quam ante.

Hinc patet, nomen tetragrammaton primò revelatum esse Mosi. Patet secundò, Mosen clariorum divinitatis cognitionem hic accepisse, quam accepérunt Abraham, Isaac et Jacob. Sensus ergo est, quasi dicit: Ego Deus patribus cognitus vocatusque fuī *Adonai*, *El*, *saddai*, id est, dominus, gubernator, fortis, liberalis, omnipotens (qua omnia significant hoc nomen, eo usum esse in Genesi, quia cumdeum Deum significat, estque Deo quasi proprium; non enim verba, sed sensum precum Henoch et Abraham reddit Moses. Si ubs Bala vocatur Segor, quia non time, sed postea dicta est Segor; et Dan vocatur ubs, quae postea vocata est Dan, tunc autem vocabatur Lais. Vide canon. 3.

Queritur quintò, quid symbolicè hoc nomen *Yehova* significet, adéoque cur sit tetragrammaton? Respondent Hebrei, hoc nomine significari SS. Trinitatem, similem Verbi incarnationem. Prima enim littera *yod*, quae est index et principium numeri denarii, significat primam personam, scilicet Patrem. Secunda *he*, significat secundam, scilicet Filium; he enim significat essentiam et substantiam (à radice *haia*, quae esse significat), quam *Filius* habet communem cum Patre; et enim Patri consubstantialis. Tursim per Filium omnes res creatae sunt, sicutque essentiam accepérunt. Tertia *va*, significat tertiam, scilicet Spiritum sanctum. Est enim *va*, apud Hebreos copula significans, et, atque; sicut *Spiritus sanctus* est copula, unio et amor notionalis Patris et Filii. Unde Graecus Scholastes pro eo quod habemus: *Et nomen meum Adonai non indicavi eis*, verit: *Non indicavi eis nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Hinc etiam Hebrei nomen tetragrammaton scribunt per triplicem *yod*, cui subjiciunt canentes intra circumflexum; cum enim *yod* significet principium, et tota Trinitas sit unum principium rerum extra se, in una essentia et natura; hinc trinitas personarum representatur triplicem *yod*: unitas verò essentiae representatur totu uno eodemque *yod*, tunc unicū vocali canentes. Tursim, secunda littera *he*, genitiva in hoc nomine significat deas naturas in *Filio*, divinam et humanam: unde et hec littera *he*, quae *Filius* est index, in nomine tetragrammaton, addita fuit Abraham et Sarai, cum ille pro Abram dictus est Abraham, hec pro Sarai dicta est Sarah; quia ex Abraham et Sarai progenitus et incarnatus est Christus.

Sed cur hoc nomen est quadriliterum? — Respondeo, grammaticaliter et propriè est, quod Hebrei nomen perfecta sint quadrilittera; habent enim tres literas thematis, cui addunt quartam heematicam, sive formativam nominis. Symbolica causa est, quod quaternarius sit primus numerus perfectus par, qui constat principio, medio et fine. Secundò, hic numerus constitutus quadrum et quadratum geometricum,

que est figura solidissima; unde de civitate celesti ait sanct. Joannes Apocal. 20, v. 16, quod in quadro sit posita. Tertio, hic numerus virtute est omnia, puta omnis numerus, omnis musica, omnis quantitas; omnia elementa, omnis virtus; hinc sacer est in Scriptura, ut patet in quatuor Cherubim, Ezech. 1, et quatuor animalibus, Apocal. 4. Haec et plura habet Philo de plantatione Noe lib. 2, post medium , et lib. 3 de Vita Mosis , post medium, atque Macrobius lib. 4 in somnum Scipionis cap. 6, ubi inter cetera ait: Pythagorai adeò ad perfectionem anima quaternarium inter arcana venerantur, ut ex eo et iurisjurandi religionem sibi fecerint, scilicet hanc :

*Οὐ μὲν ἡρτός φύσις περιέσθαι τετράριν.
Non equidem per eum, qui anima nostra tradidit quaternarium.*

Instar hujus nominis tetragrammati, pleraque aliae gentes quadrilaterum nomen Deo indiderunt; sic enim *Ægypti Deus* vocant *Θεόν*, *Persae οὐράνον*, *Hetrusci Iæsū*, *Arabes آلهة*, *Assyri آلهة*, *Turce آلهة*, *Greci Θεόν*, *Latinī Deus*, *Germani Gott*, *Galli Dieu*, *Hispani Deus*, etc.; ita Gyraldus in dīs gentium synagm. 1. Plura de nomine vide apud Angelum Caninum, et Galatinum lib. 2, c. 10, et lib. 5, fūs.

Denique omnes haec quatuor littere nominis tetragrammati, sunt Hebrei littera quiescentes, sed in inuidum quōd in Deo solo vera et solida quies, ipsa quæ exteris felicitas et beatitudine consistit ac conquiscit. Ipse enim est alpha et omega, principium et finis; ipse est centrum cordis nostrī; ipse est saties et gaudium omnium angelorum et beatorum.

Allegor. *Jehova* redemptor Israelis ex *Ægypto*, fuit typus Jesu, qui fuit redemptor mundi à captivitate et tyrannie diaboli; hinc nomen Jesu in *Jehova* continuatur et representabatur, et hoc illius erat quasi anima, ipsumque nomen Jesu, est quasi declaratio nomini *Jehova*; hinc rursus nomen Jesu sanctius et venerabilis est nomine *Jehova*, ut ex Abulensi demonstravi, Philipp. 2, v. 10. Inō noster Prado in Ezech. contendit nomen *Jehova*, potissimum referri ad incarnationis et redemptiois humanae mysterium, illudque à futuro Verbi facinore derivari asserit. *Jehova* enim, ait, idem est cum: *Ego qui ero*, scilicet homo et redemptor mundi, hoc est Jesus, id est, Salvator hominum. Hoc verum est, sed allegoricum, non litterale, ut patet ex dictis.

VERS. 6.—*EGO DOMINUS, QUI EDUCAM VOS DE ERGASTULO ÆGYPTIOREM.* Hebraicè, *de sub oneribus Ægyptiorum*; benē ergo et clare noster verit. *de ergastulo*; ergastulum enim locus est, in quo capti aut servi labore coguntur; dicitur enim ergastulum *ἐν τῷ οργανῳ*, id est, ab operando et laborando.

AC REDIMAM IN BRACHIO EXCELSO. Hebraicè, *in brachio extento*, ad ferendam videlicet, subiugendumque hostes vestros *Ægyptios*. Anthropopathi tributur Deo brachium, significatque Dei potentiam et robur; hinc enim solet ostendere in brachio.

Mysticè, brachium quod à corpore prominat, est filius à Patre procedens, sicut digitus à corpore et

brachio procedens, est Spiritus sanctus à Patre et Filio procedens. Ita S. Hieronym. in c. 52 Isaiae.

ET JUDICIS MAGNIS, magnis plagiis, magna vindicta. Judicium enim metonymice sumitur pro effectu judicii, scilicet pro justa poena et plagiā, per judicium et judicem iniusta.

VERS. 7.—*ET EGO VESTER DEUS.* Hebr., *ero vester Elohim*, id est, vester provisor, gubernator, protector, conductor.

VERS. 8.—*SUPER QUAM LEVAVI MANUM MEAM,* quam me vobis, daturum juravi; jurantes enim solent jurare, sublati in altum manū; eadem plurias est Genes. 14, 22, 2, Esdræ 9, 15. *Alii levare manum* gestus est orantis, aliī percutientis, aliī operantis.

UT DAREM EAM ABRAHAM, ISAAC ET JACOB, ut darem eam posteris Abrahā, qui per Isaac et Jacob, non autem illis qui per Ismael et Esau descendunt.

VERS. 9.—*QUI NON ACQUEVERANT EI PROPTER ANGUSTIA SPIRITUS.* Septuag. vertunt, *ἀπὸ τοῦ λιπόφυσις, πρὶς πυλανίτητες.* Iuia enim opprimebant oneribus, ut vix licet respirare, ut spiritus eis intercedi videatur; et proinde non licet, non libet eis aliud aliquid cogitare, spectare aut machinari.

VERS. 12.—*QUOMODO AUDIET PHARAO, PRESERTIM CUM INCIRCUMCISUS SIM LABIS?* cum labore viti linquo, cum tardioris et impeditioris sim lingue. Hebrei incircumcisus vocant corde, mente, vel lingua eum, qui viti aliqui cordis, mentis aut linguae laborat. Sicut enim Hebrei circuncisio primum et summum erat sacramentum, ita esse incircumcisum, sumnum erat vitium et dedecus; unde per incircumcisionem, sive per prepūtium, quodvis vitium significat. Huic querela Mosis respondebit Dominus initio capit. 7. Nam qua hoc capite deinceps sequuntur, alio spectant, et intertextum ad hoc, ut viam sternant ad genealogiam Mosis. Hinc patet, hoc vitium lingue mansisse in Mose post ejus colloquium cum Deo, in ipsa legatione sua pharaonem, idque ad exercitium humiliatis, et ut Deus ostenderet se infirmis et ineptis instrumentis uti, ne gloria instrumentis, sed soli Deo detur.

Allegoricè, Moses quasi mutus, usus fuit interprete Ararone, ut significaret legem veterem quasi tacitam et mutam, esse umbram ac figuram legis novae, que clare predicat Deum et Christum.

VERS. 13.—*LLOCUTUS EST DOMINUS AD MOYES* ET AARON, ET DEDIT MANDATUM AD FILIOS ISRAEL. Est hic generalis epilogus, sive omnium ante dictorum collectio, quam hic subnecit Moses, ut per eum transeat ad suum et Aaronis genealogiam; idque ad hoc, ut certior historie Exodi, et implete à Deo promissionis, de liberandis ex *Ægypto* Hebreis, fides constet, cum non ab externo quipiam, sed ab eo qui ex posteris Abraham, Isaac et Jacob, quibus facta est promissio, putata à Mose, rem gestam et confectam esse, certissimò liqueat.

VERS. 14.—*ISTI SUNT PRINCIPES DOMORUM PER FAMILIAS SUAS,* q. d.: *Isti sunt principes familiarium Israëliticarum;* domus enim vocantur familie, que

alibi vocantur cognationes. Hebraicè est: *Isti sunt principes domis patrum suorum*, id est, isti sunt principes, qui praeerant familiis majorum, sive patrum suorum; quisque enim 12 patriarcharum filius habebat et constituebat peculiarem familiam, in qua ipse erat princeps, et post eum filius eius primogenitus, verbi gratiā, filii Ruben erant quatuor, scilicet Henoch et Phallu, Hesron et Charni; hi singuli suas habebant familias, in quibus ipsi erant principes.

VERS. 16.—*ET HEC NOMINA FILIORUM LEVI.* Sistit Moses in genealogia Levi, cuius ex Levi prognati sunt Moses et Aaron; quorum prosopapie p̄cipue hic pertexere intendit Spiritus sanctus, eō quod hi fuerint liberatores et duces Israëlis, Ita S. Augustinus q. 15. Ubi nota. Primus filius Jacob fuit Ruben, secundus Simeon, tertius Levi; horum trium tantum genealogiam pertexit hic Moses, tum ob causam jam dicatum, tum quia his maledicisse videbatur Jacob, Genes. 49, v. 5 et 5; unde ne putarentur tres istae tribus a Deo rejeccit, voluit Moses illorum trium filiorum Jacob multas atque illustres familias commemorare.

Pro cognatione suas. Hebraicè, *per generationes*, id est, familias suas. Hac ergo tria idem sunt, generatio, familia, cognatio; idēque una generatio est una familia, quia ab uno generante descendit.

ANNI AUTEM VITA LEVI FUEUNT CENTUM TRIGINTA SEPTEN. Ex dictis Genes. 50, constat Levi quatuor annis fuisse seniorem Josepho. Hinc sequitur primo,

quod Levi erat 45 annorum quando cum Jacob descendit in *Ægyptum*, quia tunc Joseph erat 59 annorum, ut ostendit Gen. 41. Sequitur secundum, Levi obiisse 25 annis post mortem Josephi; hic enim mortuus est anno aetatib. 110, Levi autem 157. Sequitur tertio, Levi post ingressum Jacobi in *Ægyptum*, vixit in *Ægypto* annos 94, sequitur quartio, Levi obiisse 12 anni ante egressum Hebreorum ex *Ægypto*; nam ab ingressu Jacobi in *Ægyptum* usque ad exitum Hebreorum, fluxerunt anni 215; sed Levi post ingressum Jacobi in *Ægyptum*, vixit annis 94; ergo post mortem Levi usque ad exitum Hebreorum ex *Ægypto*, reliqui fuerunt anni 121. Sequitur quinto, Levi obiisse 41 anni ante ortum Mosis; hic enim 80 annorum erat in egressu Hebreorum ex *Ægypto*.

VERS. 20.—*JOCHABED PATRELEM SUAM, cognatam, non amitam, ut dixi cap. 2, v. 2.*

FURENTQUE ANNIS VITE AMRAM CENTUM TRIGINTA SEPTEN. Eusebius in Chronico tradit Amram, qui fuit pater Mosis, genuiss. Moses anno aetatib. 70, unde sequitur eum obiisse cum Moses esset sexaginta septem annorum, puta 15 annis egressum Hebreorum ex *Ægypto*; licet Alexander Polyhistor, apud Eusebium, velit Amram obiisse 20 annis ante exitum Hebreorum ex *Ægypto*.

Tradunt Hebrei, ut refert Genebrard. lib. 4 Chronol. septem viros metiri omnem seculorum cursum à principio mundi usque ad finem. Adamum enim videt Mathusalem; Iudee videt Sem; Sem videt Jacob; Jacob videt Amram; Amram videt Abiam Silonitem; Alias videt Eliam, qui vivit et vivet usque ad finem mundi.

Set errant in Amram; hic enim, ut dixi, obiit 15 annis ante exitum Hebreorum ex *Ægypto*; ergo non potest videtur Abiam Silonitem, qui post mortem Salomonis propheta inducitur 3 Reg. 11: nam ab egressu Hebreorum ex *Ægypto* usque ad annum 4 Salomonis, quo edificatum est templum, fluxerunt anni 480, ut patet 3 Reg. 6, 4. Brevis et verius duos hominibus metentrem omne seculum; nam Adam videt Henoch; Henoch rapta rediit, et videbit finem mundi.

Vide hic quām exile sit omne hoc tempus nostrum, quam fugax totum hoc seculum. Audit Christianus verē philosophant Ladium apud Senecam lib. 6 Natur. quest. Cum enim quidam ei diceret: Sexaginta annos habeo; eleganter respondit: Hosne dicas sexaginta annos, quos nondum habes? preteritos annos et horas et statas non habemus; neque etiam habemus futuras, per momenta, punctaque temporis fugientes vivimus. Ex die vite et horis puncta habemus quædam. Ac rursus: Neque illud quod futurum est, memet est; nec quod fuit; in puncto fugientis temporis pendo. Rectè enim dixit philosophus ille, nos propriè non habere tempus, sed punctum temporis, putis ipsum nunc; nam præteritum, non est, sed fuit; futurum, non est, sed erit; ergo solum habemus ipsum præsens, putis momentum nunc. Vide quām exile sit tempus nostrum, quam exilis voluptas, et vita hac præsens.

VERS. 23.—*ACCEPT AUTEM AARON UXORE ELIZABETH, FILIAM AMINADAB, SOROREM NAHASON.* Hic Nahason in egressu ex *Ægypto* fuit princeps tribū Juda, ut patet Numer. 1, 7.

Nota. Moses vir humilius hic studiosus genealogiam Aaronis pertexit, suam penè negligit, nisi quatenus ad Deum votacionem, et missionem certe personae cognoscendi erat necessaria.

VERS. 25.—*HIC SUNT PRINCIPES FAMILIARUM.* Hebrei, *hī sunt principes patrum*, qui scilicet inter patres fuerunt principes, et capita familiarium.

VERS. 26.—*ISTE EST AARON ET MOYES, qui scilicet missi sunt ad Pharaonem.*

VERS. 28.—*IN DIE QUAE LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYES* IN TERRA *Ægypti*. In Hebreo et Chaldeo hic incipit nova sententia hoc modo: *Et factum est in die quæ locutus est Dominus ad Moysen in hunc modum: Ego dominus, loquere ad pharaonem.* Unde et latini codices hinc incipiunt v. 28.

Iste est ergo Aaron et Moyses, qui docebat fuerunt tanti facinoris, qui quasi duo fulmina bellū Pharaonem omnesque hostes prostraverunt, qui quasi sol et lumen Israëlem illustrarunt. Ecce quantum potest unus alterius homo, unus insignis populi dux. Ita enim Ephaminos Thébanos ad imperium evertit, ut eum videns, Agesilaus, licet hostis, merito exclamavit: *O virum magnificum!* Ita unus Scipio longum Romanum, et Carthaginemus de imperio duellum diremit, illudque Romanis asserunt, ut meritò de eo adhuc milite dixerit Cato: *Iste sapit solus, reliqui volvit umbra vagiuntur.* Et Metellus gratias dedit Rōme causa quād alibi non existiterit Scipio. Quin et Numantius hostes

Roman, rogati cur iam Romanos duce Scipione fugerent quos ante fugerant, responderunt: *Oves quidem eadem sunt; sed alium iam habent pastorem.* Testis est Plutarch, in Aepotheg. Roman.

Inter fiducias quid non efficit unus Moyses, unus Ioseph, unus David, unus Iosias, unus Elias, unus Eliseus, unus Daniel, unus Paulus, unus Gregorius, unus Athanasius, unus Chrysostomus, unus Hieronymus, unus Benedictus, unus Franciscus, unus Dominicus, unus Bernardus, unus Xaverius? Et nos quid facimus? numerus sumus. Multiplicasti, Domine, gentem, non magnificasti laetitiam. Flebat Julius Caesar legens gesta

CAPUT VII.

1. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis; et Aaron frater tuus erit propheta tuus.

2. Tu loqueris ei omnia que mando tibi; et ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel de terra sua.

3. Sed ego induabo cor ejus, et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Egypti.

4. Et non audies vos: immunitamque manum meam super Egyptum, et educam exercitum et populum meum filios Israel de terra Egypti per iudicium maximam.

5. Et scient Egyptii quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Egyptum, et eduxerim filios Israel de medio eorum.

6. Fecit itaque Moyses et Aaron sicut praecepserat Dominus; ita ergerunt.

7. Erat autem Moyses octoginta annorum, et Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem.

8. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron.

9. Cum dixerit vobis Pharaon: Ostendite signa, dicentes ad Aaron: Tolle virgam tuam, et proifice eam coram Pharaone, ac vertetur in columbum.

10. Ingressi itaque Moyses et Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut praecepserat Dominus; tulitque Aaron virgam coram Pharaone et servis ejus, que versa est in columbum.

11. Vocavit autem Pharaon sapientes et maleficos: et fecerunt etiam ipsi per incantationes egypciacas et et arcana quedam similiter.

12. Projecerunt singuli virgas suas quae verso sunt in dracones; sed devoravit virga Aaron virgas eorum.

13. Induratusque est cor Pharaonis, et non audivit eos, sicut praecepserat Dominus.

14. Dixit autem Dominus ad Moysen: ingravatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

15. Vade ad eum mane, ecce egredietur ad aquas; et stabis in occursum ejus super ripam fluminis; et virgam, quae conversa est in draconem, tollis in manus tua.

16. Dicesque ad eum: Dominus Deus Hebreorum misit me ad te, dicens: Dimittite populum meum ut sa-

Alexandri, dicebatque: Ed ecce quid Alexander Durium devicit, ego adiuste nihil praeciarum gessi. Quot annos nos viximus? quid praeciar gessimus?

VERS. 29. — LOQUERE AD PHARAONEM. Hic Moses narrationem v. 14 coepit, et per genealogie suas descriptionem interrupit, resumit et prosecuitur.

VERS. 50. — ET AIT MOYSES CORAM DOMINO, ait Dominus, qui erat coram, sive coram quo stebat et agebat Moses.

INCIRCUMCISUS SUM LABIIS, impeditus sum lingua, rufus in loquendo et incepitus, ut dixi c. 4, v. 10.

CHAPITRE VII.

1. Alors le Seigneur dit à Moïse: Je vous ai établi comme le Dieu de Pharaon: vous exercerez sur lui ma puissance; et Aaron votre frère sera votre prophète; il portera pour vous la parole.

2. Vous direz donc à Aaron tout ce que je vous ordonne de dire; et Aaron parlera à Pharaon, afin qu'il permette aux enfants d'Israël de sortir de son pays.

3. Mais j'endurerai son cœur, en l'abandonnant à sa propre malédiction. Il ne se rendra point à mes ordres, et ainsi je signalerai ma puissance dans l'Egypte par un grand nombre de prodiges et de merveilles que je serai obligé de faire pour le punir et vous délivrer.

4. Car comme Pharaon ne vous écouterà point, j'attendrai ma main sur l'Egypte; et après avoir fait éclater la sévérité de mes jugements, j'en ferai sortir mon armée et mon peuple, qui sont les enfants d'Israël, par des prodiges inégalés.

5. Et les Egyptiens apprendront que je suis le Seigneur, après que j'aurai étendu ma main sur l'Egypte, et que j'aurai fait sortir les enfants d'Israël du milieu d'eux.

6. Moïse et Aaron firent donc, et se conduisirent selon que le Seigneur le leur avait ordonné.

7. Moïse avait donc quatre-vingts ans, et Aaron quatre-vingt-trois, lorsqu'ils parlèrent à Pharaon.

8. Le Seigneur dit encore à Moïse et à Aaron:

9. Lorsque Pharaon vous dira: Faîtes des miracles devant nous; vous direz à Aaron: Prenez votre verge, et jetez-la devant Pharaon, et elle sera changée en serpent.

10. Moïse et Aaron étaient donc allés trouver Pharaon, firent ce que le Seigneur leur avait commandé. Aaron jeta sa verge devant Pharaon et ses serviteurs, et elle fut changée en serpent.

11. Pharaon ayant fait venir les sages d'Egypte et les magiciens, ils firent aussi la même chose par les enchantements du pays, et par les secrets de leur art; Dieu le permettant ainsi, pour punir Pharaon et l'endurcir de plus en plus.

12. Chacun d'eux ayant donc jeté sa verge, elles furent changées en serpents; mais la verge d'Aaron dévora leurs verges. *Blesa voulant bien encore montrer aux Egyptiens combien il était au-dessus de leurs prétendus Dieux, et combien ses serviteurs étaient au-dessus de leurs magiciens.*

13. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, et il n'écouta point Moïse et Aaron, ainsi que le Seigneur l'avait prédit, et il ne laissa point aller les Israélites, selon que le Seigneur l'avait ordonné.

14. Alors le Seigneur dit à Moïse: Le cœur de Pharaon s'est endurci; il ne veut point laisser aller mon peuple.

15. Allez le trouver dès le matin: il sortira pour aller sur l'eau; et vous vous tiendrez sur le bord du fleuve pour venir au-devant de lui; et vous prendrez en votre main la verge qui a été changée en serpent.

16. Et vous lui direz: le Seigneur, le Dieu des Hébreux m'a envoyé vers vous, pour vous dire de sa part: Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifice dans le

cristice mibi in deserto; et usque ad presens, audire non voluisti.

17. Haec igitur dicit Dominus: in hoc scies quid sim Dominus: ecce perentiam virga, que in manu mea est, aquam fluminis, et vertetur in sanguinem.

18. Pisces quoque, qui sunt in fluvio, morientur, et computrescent aqua, et affligentur Egyptii bilentis aquam fluminis.

19. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, et extende manum tuam super aquas Egypti, et super fluvios eorum, et rivos ac paludes, et omnes lacus aquarum, ut vertantur in sanguinem; et si citrò in omni terra Egypti, tam in lignea vasis quinque in saeculis.

20. Feceruntque Moyses et Aaron sicut praecepserat Dominus: et elevans virgam, percussit aquam fluminis coram Pharaone et servis eius; que versa est in sanguinem.

21. Et pisces qui erant in flumine, mortui sunt: computructique fluvius et non poterant Egyptii bilentis aquam fluminis, et fuit sanguis in tota terra Egypti.

22. Feceruntque similiter malefici Egyptiorum in cantationibus suis; et induratus est cor Pharaonis, nec audivit eos, sicut praecepserat Dominus.

23. Avertitur se, et ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam huc vice.

24. Foderunt autem omnes Egyptii per circuitum fluminis, aquam ut bilentur: non enim poterant bibere aqua fluminis.

25. Impletique sunt septem dies, postquam percusit Dominus fluvium.

COMMENTARIUM.

Simili modo S. Basilus factus est Deus Valentius imper., S. Ambrosius Justini imper., S. Athanasius, Hilarius, Hosius et Lucifer Constantini imper., dum eos liberimè conqueruntur, immo Neroni, Decio, Diocletianus et antichristi comparabantur, ut patet ex eorum verbis, que citavit 2 Thimoth. 4, v. 7. Sic S. Bernadus ad Eugenium pontif.: Considera, sit, vortore te esse formam justitiae, sanctimonie speculum, fidei defensorum, etc., virgam potentum, malleum tyranorum, regum patrum, sif tunc artia humana, saeculorum Alissionis, vicarium Christi, Christianum Domini, postremè Deum Pharaonis. Sic Elias fuit Deus Achab regi per sua misericordia et plagues; unde 3 Reg. 18, v. 17, cum ei dicaret rex: *Tu es ille qui conturbas Israel?* respondit intrepide: *Non ego turbavi Israel, sed tu, et dominus patris tui qui dereliquisti Dominum.* Vide hic, quid mereatur humilitas, quamque ipsa Moses exaltari faciens eum Deum Pharaonis. Sicut Moses vicit Pharaonem, ita humiliavit diabolum.

Legimus in yitis Patrum lib. 7, cap. 73, diabolum occuruisse. S. Macario, ac voluisse eum percutere falso acutâ, sed non valuisse, id est exclamasse, ac dixisse: *Magnam vim à te petior, Macari, qui ciascun*

dèsert; et jusqu'à présent vous ne m'avez point voulu écouter.

17. Voici donc ce que dit le Seigneur: Vous connaissez en ceci que je suis le Seigneur Dieu Tout-Puissant, et que vous devez m'obéir: Je vais frapper l'eau de ce fleuve avec la verge que j'ai en ma main; elle sera changée en sang, pour venger le sang des enfants de mon peuple, que vous y avez fait périr.

18. Les poissons aussi qui sont dans le fleuve mourront; les eaux se corrompront; et les Egyptiens qui en boivent ordinairement, seront tourmentés d'une grande soif, n'en pouvant plus boire.

19. Le Seigneur dit encore à Moïse: Dites à Aaron: Prenez votre verge, et étendez votre main sur les eaux d'Egypte, sur les fleuves, sur les ruisseaux, sur les marais et sur les eaux de tous les lacs, afin qu'elles soient changées en sang, et qu'il n'y ait que du sang en toute l'Egypte, dans tous les vaisseaux, ou de bois,

20. Moïse et Aaron firent donc ce que le Seigneur leur avait ordonné. Aaron élevant sa verge, frappa l'eau du fleuve devant Pharaon et ses serviteurs, et l'eau fut changée en sang.

21. Les poissons qui étaient dans le fleuve moururent; le fleuve se corrompit, les Egyptiens ne pouvaient boire de ses eaux, et il y eut du sang dans tout l'Egypte, aux lieux où il y avait eu de l'eau auparavant.

22. Les magiciens d'Egypte ayant envoyé chercher de l'eau dans la terre de Gessen, où elle n'avait pas été changée en sang, firent la même chose avec leurs enchantements; le cœur de Pharaon, qui fut dénué de prestige, s'endurcit. Il n'écouta point Moïse et Aaron, sans que le Seigneur l'avalât prédict, et il ne laissa point aller son peuple, comme il lui avait ordonné par la bouche de Moïse et d'Aaron.

23. Mais il se retira de devant eux, et entra dans sa maison, et il ne fréchit point encore son cœur pour cette fois.

24. Tous les Egyptiens cresserent la terre le long du fleuve, et y cherchèrent de l'eau pour boire, parce qu'ils ne pouvaient boire de l'eau du fleuve.

25. Et il se passa sept jours entiers depuis la pluie dont le Seigneur avait frappé le fleuve, jusqu'à ce que Moïse rétablît les eaux de l'Egypte dans leur premier état, sans que le cœur de Pharaon en fut amollit.